



**Antoninus Diana Panormitanus, Clericus Regularis, Doctor
Celeberrimus, Coram S. D. N. Alexandro VII. Episcoporum
Examinator, & Sancti Officij Regni Siciliae Consultor,
Coordinatus, Seu Omnes ...**

Diana, Antonino

Lugduni, M. DC. LXXX.

91. An si quis privatim extra Chorum ex devotione recitat Officium
Confessoris non Pontificis pro Beato Andrea, vel pro Beato Francisco de
Borgia, peccet mortaliter? Et multa alia circa cultum ...

[urn:nbn:de:hbz:466:1-76359](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-76359)

hendere casum nostrum, videlicet quando quis recitat officium semiduplex ritu duplici: nam recitaret de eodem Sancto, & illa mutatio non est tanta, & addit: idem dicendum est, si fiat in Choro, dummodo absit scandalum, quod raro, ait, contingere potest.

Quoad hoc infra in Ref. nos. scribitur medijs.

Sup. his supra in Ref. 56. Obligari prope finem, & ver. posse in Choro, & in alijs eius not.

Et pro contento in hoc §. Sed nota supra in Ref. 77. cursum prope finem, ver. Nam qui.

Sup. hoc infra in Ref. 97.

Sup. hac substantia in Ref. nos. 107.

Quae nunc est R. l. antecedens.

10. Et idem *disp. 8. num. 8.* me citato firmat non esse graue peccatum anticipare, vel postponere in Choro notabiliter horas, nisi fiat ex consuetudine, & vsu, aut graue scandalum generetur, quod raro accidit, quia licet haec circumstantia praecipiat, non tamen accipitur cum tanto rigore: sed de his ego alibi.

11. Sed nota hic obiter pro curiosis, docere Pellizzarium *tractat. 5. c. 8. sect. 1. n. 93.* omittentem *Vesperas Sabbati Sancti* non peccare mortaliter; quia via perueniunt ad dimidiam horam ordinariam. Verum attendendo ad principia Suarij, dicendam esse esse mortale, quia est notabilis deformitas quoad officij integritatem: alijs qui Matutinum de Resurrectione non recitaret, non peccaret mortaliter, quod non videtur tam facile posse admitti & ita tenet Pater Tancredi *vbi supra disp. 12. q. 6. num. 19.*

12. Nota secundò, ex eodem Tancredi *q. 5. n. 18.* cum Pellizzario *loco cit. sect. 1. n. 48.* vnicum peccatum committere, non recitantes officium Defunctorum, & illud diei, nempe octauae omnium Sanctorum; quia illa officia per modum vnus praecipit videntur impolita.

13. Et tunc putat Tancredi, quòd omisso vnus probabiliter dici potest non constituere peccatum mortale, sed contrarium putat probabilius.

14. Et tandem hic deferam hic apponere ea, quae curiose discuit idem Pater Tancredi *disp. 11. q. 1. n. 12.* vbi sic ait, Aduertere licet casum, de quo his diebus fui interrogatus, & respondi affirmatiue; nimirum, an qui eras futurus est Panomi vbi recitatur officium Sanctae Rosaliae duplex, possit hodie Monte Regali vbi officium fit de feria, recitare Matutinum S. Rosaliae: Respondet Pellizzarius, & bene, affirmatiue, quia quoad recitationem ex fictione iuris censetur esse Panomi. Vnde melius puto sic fieri, quam recitare Matutinum de feria, & Panomi reliquas horas de Sancta Rosalia, & non peccabit, si sic faciat contra praecipitum, quia licet sit aliqua ordinis insertio, seu mutatio, tamen non est substantialis, cum iam dicatur officium cum omnibus suis partibus: non enim est contra substantiam officij, quod nocturni dicantur de feria, & hora de Sanctis, vt patet in S. simplicis ritus, imò nec erit veniale si ex oblivione quis recitauit Matutinum de feria, & aduertens dicat horas de Sancto, quidquid dicat contra Caramueli in *reg. S. Bened. d. 110. n. 1403.* quem videtur sequi Diana *p. 7. tit. 11. ref. 11.* Hucusque Tancredi.

15. Sed exemplum adductum pro confirmatione à docto & amicissimo Viro, mihi non placet; nam in illo Matutino feriae efficitur mentio de Sancto simplici in Inuitorio, & in vltima Lectione, ergo, non bene adducitur, vt quis possit dicere *Matut. de feria* & postea sequenti die dicere officium duplex Sanctae Rosaliae: nam in illo Matutino certum est, quod nulla facta fuit mentio de Sancta Rosalia, vt fit in Matutino feriae, quando dicitur de Sancto simplici, ergo, &c.

RESOL. XCI.

An si quis, priuatim extra Chorum ex deuotione recitauerit Officium Confessoris non Pontificis pro B.

Andrea, vel pro B. Francisco de Borgia, peccet mortaliter?

Et multa alia circa cultum Beatificatorum discutuntur in textu huius Resolutionis, attende ea, quia sunt valde notanda, & menti tenenda pro dicenda Missa, vel commemoratione Beatificatorum faciendae. Ex part. 4. tractat. 4. & Misc. Ref. 231.

§. 1. **A**ffirmatiue respondet Iacobus Granado in *2. 2. D. Thomae contr. 1. vr. 7. disp. 4. sect. 2. n. 19.* vbi sic ait: Peter aliquis, an in quocumque die liceat recitare Officium deuotionis gratia in honore Beatificati, Officium inquam, quod Ecclesia illi tribuit in suo determinato die: Respondetur non licere, & quidem quod attinet ad satisfaciendum praecipitum, certissimum est, non impleri praecipitum recitandi, v.g. si quis Sacerdos recitaret Matutinas preces de communi Confessorum applicatas alicui Beatificato; sed praeterea licet ex deuotione id fieret, crederetur non licere extra diem deputatum à Pontifice, & tunc non, nisi à personis determinatis, quibus potestas recitandi facta est. Probat, quia ex hypothesi, quòd hoc diuinum Officium ordinatum sit ab Ecclesia, vt in honorem Sanctorum recitetur, censetur, & verè est publicus cultus; non licet autem Sancto beatificato deferre cultum publicum, nisi quando, & quibus Pontifex concedit. Itaque sicuti extra diem deputatum non licet celebrare Missam, quantumvis occulte id fieret; nec similiter licet recitare Officium Diuinum; nam vtrumque ex Ecclesiae institutione est publicus cultus. Ita ille.

2. Notandum est etiam hic obiter id, quòd alibi etiam notauimus contra Megalium, & Paluum, quòd quando in Bullis beatificationis aliquorum fit à Pontifice potestas celebrandi Missam determinatis tantum personis, tunc non licet celebrari per alias personas. Ita Doctores, quos alibi citauimus quibus nunc addo Franciscum Gola Hispaniae decus in quodam opusculo; & Granado *vbi supra sect. 2. n. 2.* qui tamen *n. 16.* quaerit, an si in diplomate Pontificio fiat Sacerdotibus alicuius Religionis potestas celebrandi in honorem alicuius Beati, & non addatur particula, tantum, vel particula, solum, possent alij quicumque Sacerdotes in illius honorem celebrare sacrificium Missae. Et respondet sibi videri valde probabile posse celebrare; dummodo id fiat petentibus illis Sacerdotibus, quibus ea potestas concessa est. Probat ex *regul. 27. de regis iuris in 6.* Qui facit per alium, est perinde ac si faciat per seipsum. Ergo qui potestatem habet celebrandi in honorem alicuius Beati; censetur habere, vt per alium celebret. Et in huius rei confirmationem facit sententia, quam sequitur Gonzales *super reg. 8. Cancell. gloss. 5. à num. 71.* cum alijs Doctoribus, & decisione Rotae; scilicet si quis in fundatione Capellaniae obligaret Capellanum, vt celebret certum numerum Missarum in singulis hebdomadis, satisfacere Capellanum huic obligationi, si per alium Sacerdotem eas faciat celebrare. Idem ergo in re proposita dicendum est, cum sit omnino eadem ratio. Haec Granado Sed hanc opinionem aliqui viti docti recentiores non approbant, & asserunt esse disparem rationem inter exemplum adductum pro confirmatione, & casu, de quo est quaestio.

3. Sed quaeritur hic, an liceat infra annum commemorationem in Missa facere de supra dictis Beatis? & negatiue respondet Granado *vbi supra, sect. 2. n. 18.* vbi sic ait: Inferius non licere in alijs diebus celebrare, aut recitare, (v.g. conceditur, vt in die obitus celebretur) Missam in honorem Beati

De Horis Canonicis, &c. Ref. XCII. &c. 473

Beneficentia; non licet in aliis anni diebus celebrari, imò nec commemorationem, quam vocant, agere, nec adferre à mortali culpa exculcare eos, qui locus facerent, nisi bona fides, aut ignorantia excusetur. Verum quidem est cum primam conceditur prædicta potestas, licere quasi pro initio, & in oblatione sollicitatis Missam celebrare in honorem Beneficentia, etiam ante diem à Pontifice præfixum; sed dies hæc multum differt à tempore, pro quo fit voluntatem illius. Ita Granado. Sed hoc vltimum non videtur admittendum, & praxis, de qua videtur Granado, in hoc Sicilia Regno non adhiberi in tali casu non vixit celebrantur Missæ, sed cum innotescit Pontificium diploma pulsantur in aliquo die campanæ, & cum præsentia Episcopi cantantur sollemniter Hymnus, Te Deum laudamus, ante imaginem, & Altare Beneficentia; & in fine dicitur oratio, & de communione Confessorum non Pontificum, & ita fecerunt Patres Societatis Iesv in casu B. Francisci Borgiæ; Clerici Regulares pro B.P. nostro Caetano, & B. Andrea.

Et tandem nota cum eodem Granado loco citato, quod quando in aliquo diplomate conceditur, vt, v.g. est concessum Clericis Regularibus celebrandi Missam pro B. Caetano, vel B. Andrea, vel Patribus Societatis Iesv, pro B. Francisco Borgiæ in suis Ecclesiis quoad sæculares ubique terrarum, non licet illis celebrare in alienis Ecclesiis, vt in aliqua parochia, aut Monasterio alterius Religionis; & si obiter petas, ait Granado, an sit culpa mortalis, respondetur, si d. semel, aut bis fieret, non videri peccatum lethale, quia cum celebratio sit licita, quod solam mutetur Altare, vel Ecclesia non videtur grauis inordinatio, nisi ea mutatio toties fieret vt merito iudicari posset, valde contraria decreto, & legi Summi Pontificis. Ita ille; sed in his materiis caute procedendum esse puto.

RESOL. XCII.

An quis teneatur privatim recitare Litaniis in diebus Rogationum, si non adsit in Choro, siue in processione? Ex p. 2. tit. 12. Ref. 42.

Affirmatiue respondet. Tannerus in 2. 2. d. Thom. disp. 5. q. 1. dub. 5. n. 148. Gauan- tus in comm. ad Rubr. Missal. tom. 2. sect. 6. c. 16. n. 3. Suarez de Reig. tom. 2. lib. 4. cap. 2. §. 1. num. 7. Bonacina de Horis Canon. disp. 1. quest. 3. par. 1. num. 13.

Sed contrariam sententiam probabilem esse puto, quam docet Carolus Macignus de Horis Canon. c. 29. n. 16. & post illum Vasquez opusc. de Beneficentia c. 4. §. 1. art. 2. dub. 1. n. 58. & Molfæus in summa tom. 1. v. 5. c. 1. n. 56.

RESOL. XCIII.

An Litaniis non recitare in diebus S. Marci & Rogationum sit peccatum mortale. Ex p. 4. tract. 4. & Misc. Ref. 216.

Affirmatiuam sententiam docet Lezana in Summa 99. Regul. cap. 2. n. 23. & Caltrus Palaus tom. 2. disp. 2. punct. 2. num. 13. quia sunt pars Officij illius diebusque in Bulla Pij V. excipiuntur, licet excipiuntur alij Psalmi, & preces, & ita etiam tenent Doctores, quos citauit in par. 1. tract. de Horis Canon. ref. 42.

2. Sed ibi sententiam negatiuam esse dixi Molfæij, Macigni, & aliorum, quibus nunc addo Homocedius, & in aliis §§. eius agnot.

2. Sed ibi sententiam negatiuam esse dixi Molfæij, Macigni, & aliorum, quibus nunc addo Homocedius, & in aliis §§. eius agnot.

RESOL. XCIV.

Præclara, & strenua questio; An adsit obligatio recitandi Officium Defunctorum, in die 2. Nouembris?

Et quid de consuetudine in prædicto casu? Et hoc explanatur, quid est dicendum de Litaniis S. Marci, & Rogationum? Ex p. 4. in fine tit. 4. & Misc. Ref. vnicæ.

Affirmatiue respondent communiter Doctores. Ita Tannerus in 2. 2. d. Thom. disp. 5. q. 1. dub. 5. n. 148. Caltrus Palaus tom. 2. disp. 2. de orat. punct. 2. num. 13. Suarez de Reig. tom. 2. lib. 4. cap. 2. §. 1. n. 8. & 9. Layman in summa lib. 4. tra. 1. cap. 5. num. 4. Sanchez in opusc. tom. 2. lib. 7. c. 2. dub. 27. n. 1. Toletus in summa lib. 2. c. 13. n. 3. Gauaprus in rubrica tom. 2. sect. 9. c. 2. n. 18. Lublinus in summa cas. ver. Hora Canonica n. 2. Naldus in summa. ver. Officium diuinum 11. Binsfeldius in encir. Theol. part. 4. c. 8. §. 5. concl. 10. Baptista de Fabris in man. ordin. c. 20. q. 7. Egidius de Tullench opusc. de Horis Canon. aub. 2. n. 12. Homobonus in consulti. cas. conscient. vol. 2. part. 5. respons. 245. Molfæus in summa tom. 1. tract. 5. c. 1. n. 57. Io. Franc. Suarez in encir. cas. conscient. lib. 2. ver. Hora Canonica §. 14. Graffius in decij. part. 1. lib. 2. c. 5. n. 24. Vega in summa tom. 1. c. 128. §. 24. Sotus de iust. lib. 4. q. 4. art. 4. Macignus de Horis Canon. cap. 29. n. 16. Annilla ver. Hora Canonica n. 9. Escobat in exam. Confess. tract. 3. c. 12. n. 63. Faultus de Horis Canon. lib. 2. q. 302. Vantius in discipl. Cleric. lib. 5. cap. 4. Lezana in summa 99. regul. c. 12. n. 23. & Anton. de Literatis in summa part. 6. cap. 7. n. 1. Probatur hæc opinio à suprascriptis Doctoribus, quia in tali die Officium defunctorum ponitur cum Officio maiori, & præcibitur dicendum in rubrica vt Officium proprium illius diei. Secundo, quia omnes obligati ad dicendas Horas Canonicas in illa die recitant Officium defunctorum; ergo saltem ex consuetudine adest obligatio illud dicendi.

2. Sed contrariam sententiam tenuerunt aliqui, quos tacito nomine citat Molfæus in summa tom. 1. tract. 5. c. 1. n. 57. & nouissime tenuit quidam Theologus Societatis Iesv in quadam collatione domestica facta à Patribus Collegij Matritensis; vt testatus est mihi amicissimus, pariterque doctissimus P. Didaus Sigonci, eiusdem Societ. qui per epistolam datam in Collegio Complutensi sub die 26. Nouembr. 1634. mecum hunc casum dignatus est consulere, vnde vt eius mandatis obtemperarem, hanc composui resolutionem. Dico igitur quod ista sententia suaderi potest his rationibus.

1. Primò, quia Pius V. in Bulla posita in principio Breuiarij non obligat ad dicendum Officium defunctorum diebus in rubricis Breuiarij statutis, & absolute loquitur; neque distinguit, neque excipit Officium defunctorum in die 2. Nouembr. & lex vbi non distinguit, nec nos distinguere debemus, vt patet ex l. de prescrip. ff. de public. in rem. act. l. non distinguemus, ff. de recept. arbit. l. preces ff. de offic. pres. l. 2. §. conuenire. ff. de iudic. Et lex generaliter loquens,

Que nunc est R. Antecedens, & in aliis §§. eius agnot.

Sup. hoc in Refol. seqq. §. Mora vero, cursum ad lin. 4.

LA N A
B N I A
C H I L I V V
E T I